



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 101. Caspari Juenin Institutiones Theologicæ proscriptæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

**Sæc. XVII.** tuales & Sacramentales ad suum tr  
 A. C. 1706. bunal, frustra Pontifice, Rege, Clero  
 & Episcopis contradicentibus rapiant  
 E contrario majorem hac in re reve  
 rentiam testatus est Ludovicus Rex, qui  
 eodem tempore, quo Cleri Gallicani  
 Præsules suas explicationes Romanæ  
 miserant, summo Pontifici rescriptum  
 eumque certiore reddidit, quod semper  
 paratus foret, venerationem summæ  
 premo Ecclesiæ Capiti, & Jesu Christo  
 in terris Vicario debitam sua auctori  
 tate tueri.

## §. CI.

*Caspari Juenin Institutiones Theo  
 logicae proscriptæ.*

*P. Honoré  
 obs. dogm.  
 sect. 4.  
 pag. 216.  
 Dupin Hist.  
 Eccl. tom. 4.  
 p. 408.  
 Argentre  
 l. c. pag.*

Jam anno prioris sæculi nonagesimo  
 sexto Caspar Juenin Parisini Orator  
 Sacerdos ac olim in pluribus Semina  
 riis Theologiæ Professor suas Institutio  
 nes Theologicas ad usum Seminariorum  
 Lugdunensibus literis excudi fecerat.  
 easque anno Christi millesimo septimo  
 centesimo plurimum auctas Parisiis edi  
 diderat. Quamprimum hoc opus pu  
 blicam lucem aspexerat, mox illud  
 plures Franciæ Episcopi, atque inter eos  
 etiam Tullensis in suis Seminariis præ  
 legi jusserunt, Bisuntini vero Seminariorum  
 Præsules has institutiones vehementer  
 im-



Sæc. XVII.  
A. C. 1706.

impugnarunt, ac proscribi petierunt: Infuper Episcoporum quidam eas Janseniano fermento inquinatas esse rati, hunc librum apud Noaillium Parisiensem Archiepiscopum denuntiarunt, qui tamen graviores turbas præventurus, jam anno Salutis nostræ millesimo septingentesimo per publicum decretum declaravit: „quod Author nec in suis „principiis, nec in conclusionibus inde „deductis errores quinque propositionum stabiliat, nihilque circa facti Janseniani decisionem externæ submissioni, quæ Ecclesiæ debetur, contrarium asserimet; cum autem in suo opere quædam omnino addenda omiserit, minusque circumspecte scribendo, quod Jansenismo faveat, suspicandi ansam præbuerit, hinc Author ea, quæ omisit, adderet, & suspectas expressiones emendaret: de cetero autem in hoc opere, si quis in reliquis quicquam reprehenderet, errorem cum veritate confunderet.„ Nihilominus Archiepiscopus Jueninum urgebat, ut scriptotenus declararet, quod sese Innocentii X. & Alexandri VII. Constitutionibus subjiceret, & emendanda emendare paratus esset: Huic Archiepiscopi mandato promptè morem gessit Jueninus, suasque institutiones recensendas, atque a Piroto Parisiensis Archiepiscopi Vice-

*Hist. Eccles. Tom. LXVII.* Bb cario



Sæc. XVII. cario Generali approbatas plurimum  
 A. C. 1706. auxit. Insuper librum suum unacum  
 literis submissione plenis die quinta Au-  
 gusti anni prioris Romam transmisit,  
 eumque Sedis Apostolicæ judicio sub-  
 jecit. Equidem Fabritius Paluccius  
 Cardinalis nomine Pontificis hanc per-  
 humanam Juenino epistolam die vigesi-  
 ma octava Septembris submitit. „No-  
 „vum tuarum Theologicarum Instituti-  
 „tionum exemplar, quod S. D. nostræ  
 „proxime misisti, & reverentissimo li-  
 „terarum officio eo prosecutus, be-  
 „nigne excepit Sanctitas sua, laudavit  
 „que non minus ingenium, ac erudi-  
 „tionem, quam eximium & plane  
 „dele obsequium in se tuum. Pergre-  
 „tum insuper accidit Sanctitati suæ,  
 „quod in ipsis literis luculentissime pro-  
 „fiteris, te scilicet easce tuas lucubra-  
 „tiones Apostolicæ Sedis judicio, qua-  
 „par est, animi demissione subicere,  
 „& si quid iis irrepsisse constiterit, quod  
 „probari minime posse videatur, emen-  
 „dare atque corrigere paratum esse  
 „agnovitque in ea professione sentus  
 „non Catholico modo Scriptore, sed  
 „etiam pio & Religioso homine plene  
 „digna. Ceterum quæ subdi de ma-  
 „ximo piorum doctorumque Virorum  
 „plausu, quo Apostolica Constitutio ne-  
 „vissime edita ad quæcunque Jansenita-  
 rum



Sæc. XVII.  
A. C. 1706.

rum effugia tollenda isthic excepta est,  
 „& de fructu, qui inde sperabatur, non  
 „levem in Domino gaudendi materiam  
 „Sanctissimo Pontifici attulerunt; nihil  
 „enim sua Sanctitas enixius optat, ni-  
 „hilque magis sollicitis a Deo precibus  
 „flagitat, quam ut errantes in viam  
 „salutis aliquando redeant, ac ut Apo-  
 „stolus monet, *idipsum dicatis omnes, &*  
 „*non sint in vobis schismata: Sitis autem*  
 „*perfecti in eodem sensu & in eadem senten-*  
 „*tia.* Tibi demum sua Sanctitas Pater-  
 „næ benevolentiae testem Apostolicam  
 „benedictionem amanter impertitur,  
 „dum ego hæc ad epistolam tuam  
 „Pontificio nomine rescribere jussus,  
 „Deum precor læta tibi, faustaque  
 „omnia largiatur.,

Hac tamen epistola Juenini liber  
 nec rejiciebatur, nec approbatur,  
 quinimo plures Episcopi has institutio-  
 nes non modo ut hæresi faventes, sed  
 & velut hæreticas damnarunt, atque  
 inter eos prior die vigesima secunda  
 Martii biennio post eas edito decreto No-  
 viodunensis Episcopus proscripsit; alii  
 quoque Præsules illas etiam apud sum-  
 mum Pontificem denuntiarunt: Qua-  
 propter Clemens Papa hunc librum ma-  
 ture examinandum Theologis tradidit,  
 ac demum die vigesima quinta Septem-  
 bris illum damnavit, edito desuper hoc

B b 2

S. in-



Sæc. XVII S. Inquisitionis decreto: „Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christianiana generalium Inquisitorum habitum in Conventu sanctæ Mariæ super Minervam, audita relatione, & Censura facta a Qualificatoribus Theologis ad id specialiter deputatis Operis in septem Tomos distributi sub titulo *Institutiones Theologicæ ad usum Seminariorum. Authore Gaspare Juvenin Oratorii Gallicani Presbytero, & in Seminario Eminentissimi Cardinalis Noailles Archiepiscopi Parisiensis sacre Theologiæ Professore. Parisius, & Venetiis 1704.* 1705. Præfatum opus de Mandato Sanctissimi D. N. Clementis Papæ XIII, cui relata fuerunt cum prædicta Theologorum Censura eorundem Eminentissimorum vota, præsentis Decreto prohibet, & damnat, vetatque, ne quocujuscunque sit status, & conditionis, ullo modo, & sub quocunque prætextu iterum imprimere neque imprimi facere, neque jam impressum, tam editum, quam supradictis, quam ex quacunque editione apud se retinere, aut legere audeat: Sed ipsum ordinariis locis, aut hæreticæ pravitate Inquisitoribus statim & cum effectu tradendum, & consignare teneatur, sub poenis in

„Judicio



„Indice Librorum prohibitorum con-  
 „tentis.”

Sæc. XVII.  
 A. C. 1706.

Huic S. Congregationis iudicio sese conformans Byssyus Tullensis Episcopus, die decima sexta Aprilis anno huius sæculi decimo Juenini Institutiones promulgata epistola Pastoralis proscripsit, Author vero hæc Episcoporum mandata editis annotationibus refellere conatus, Noviodunensis Episcopi decretum apud Episcopos, Facultatem Theologicam, cunctos Ecclesiæ Pastores denunciavit, simulque Becani, Abelii & Dumetsi libros Theologicos, qui in variis Seminariis prælegebantur, tanquam erroneis principiis scatentes, & laxioribus noxiisque doctrinis refertos, apud Parisiensem Archiepiscopum detulit; nihilominus Tullensis Episcopus etiam Juenini annotationes proscripsit, easque edito novo mandato refellere aggressus est. Exstat insuper in Lugdunensi editione Anno 1736. expositio veræ doctrinæ Ecclesiæ circa gratiam & Jansenismi confutatio, ut *verax doctrina Juenini sententiæ perspecta fiat*, quia hic Author *fortasse imprudens plusquam par erat, & circumspectum Virum decebat, ad prosequendum Jansenismum sua studia contulisse, ac non satis feliciter in enucleando systemate processisse, necnon anfractuosam sinuositatem in ejus verbis occultasse*

Bb 3

vide-



Sæc. XVII. videtur. Eapropter Bisuntinus Archiepiscopus has institutiones anno sequenti non modo proscripsit, sed etiam ipsum Juenum ex Diœcesi, ne eam suæ perversæ doctrinæ veneno inficeret, excedere compulit,

## §. CII.

*Clementis XI. Papæ querelæ contra Præsules in comitiis Cleri Gallicani Parisiis congregatos.*

*Vid. supra  
§. 98. p. 364.  
Epist. Clementis XI.  
pag. 298.*

Quam acerbam de Clero Gallicano querimoniam apud Ludovic. XIV. Franciæ Regem habuerit Clemens XI. Pontifex, paulo ante meminimus, uberius adhuc suum dolorem explicabat, dum ad ipsos Archiepiscopos, ceterosque Clericos Parisiis in comitiis Cleri Gallicani congregatos die decima quinta Januarii has dedit literas.

„Gratulationes vestras, quibus editam nuper a Nobis pro comprimenda inquietorum hominum contumacia constitutionem excepistis, ex datis ad Nos literis vestris magna quidem animi voluptate cognovimus: novam inde fiduciam concipientes, non inane pro Pastoralis vestri muneris debito curaturos, ut extinctis prorsus supremo Apostolicæ Sedis iudicio